


¶ Cautela obſeruanda in diſpoſitione rotarum.

Operandi modus huius ſecundi inſtrumenti verus qdem & certus eſt, quoties annus currens ſiue propoſitus in arcu limbi inferioris rotæ ab indice X Y procedendo ſecundum dierũ ordinem, uſq; ad 29 diem Ianuarii, horam 12, Mi. 44 ſiue ſtellam lunæ ſic depictam ✳☽ reperitur. Annus ille cum filo (vt prius dictũ eſt) ſignatur, eidemq; denuo index XY adducitur, qui inuariatus ad operationis finem ſic perdurabit. Si uero poſt primam ſiue radicalem indicis locationem annus ꝓpoſitus à ſtella prædicta (ſupputatione ſecundum dierum ordinem facta) uſq; ad indicem X Y occurrat, iam dictæ ſtellæ centrum inſpice, ꝑ huncq; filũ tende, cui ſubducis indicem T. Mox deinceps filum ducatur per ꝓpoſitum ſiue currentem annum, ubi interſectio fili cũm circulo T diem tantũ, aut diem horamq; dabit. Dies ille tandem in limbo Ianuarii requiſitus, cum filo ſignatur, eidemq; denuo oſtenſor X Y ſubiungitur, ita autem rota illa ultimum ſui locum ſortita eſt. Atqui nunc mihi uideor ſatis ſuperq; poſitionem rotæ X Y declaraſſe, admonens interim, ut ſimilia de rota Z V intelligantur, qualia de rota X Y prodita ſunt, intereſſe tamen hoc vnum quod hic conſiderandus erit index Z V, & centrum ſtellæ iuxta 27 Ian: diem ſignatæ cũ charactere draconis ſic ✳☊

